



**R. P. D. Thomæ Delbene Marvbiensis, Clerici Regvlaris,
Sacrae Theologiae Professoris ... De Immvnitae, Et
Ivrisdictione Ecclesiastica**

Bene, Thomas del

Lugduni, 1674

XXVIII. An, & quis possit in isto casu absoluere ab excommunicatione?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98676](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98676)

excommunicantur hæretici principaliter, accessorie autem, & secundum quandam extensionem ipsorum receptatores, fautores, & defensores: ergo isti non incurrunt excommunicationem, nisi ex fauore, vel auxilio ab ipsis præstito malus effectus sequatur.

Ex his sequitur, quod poenas non incurrant, qui Monialem comitantur, vel recipiunt post egressum illicitum, ut eius honori, & castitati consulant; præsertim quia tales potius actum meritorium, quam peccaminosum exercent. Doctores in locis supra cit.

Sequitur secundo, quod poenas neque incurrant, qui Monialem illicitè egressam comitantur, vel recipiunt etiam nulla necessitate ducti, sed solum causa vitandi inurbanitatem, vel causa amicitiae, aut cognationis, dummodo non faueant illicito egressui, nec perseverant in illo. Llamas & Rodrig. *supra*, quamvis. Nauarrus in *cap. statuimus*, num. 51. (quem sequi videtur Miranda de *Monialibus*, q. 3. art. 3.) huic sententiae se subscribere non audeat.

Sequitur tertio, quod poenas neque incurrant, qui Monialem Nouitiam egressam comitantur, vel recipiunt quomodocumque, etiam cooperando illius delicto; quia Motus Pij V. loquitur solum de egressu illicito professorum. Nauar. n. 47. & Zerola *dub.* 4.

DVBITATIO XXII.

An, & quis possit in isto casu absolvere ab excommunicatione?

S V M M A R I U M.

- 1 Excommunicatus ob violationem clausurae non potest absolui, nisi à Summo Pontifice, & ex commissione ipsius id possunt etiam Roma Penitentiarii; quamvis si sit occulta excommunicatio, possit etiam Episcopus contra nonnullos Doctores.
- 2 Decreta Generalis Concilij ob eorum gravitatem, & præsertim Tridentini non censentur derogata, nisi habita in bullis Pontificum speciali derogatione.
- 3 Episcopus potest absolvere ab hæresi, si sit occulta virtute Tridentini, quia in Bulla Cœna decreto Concilij non est derogatum, secundum probabilem opinionem.
- 4 Privilegium absolventi ab omni censura, etiam Sedi Apostolica reservata, Regularibus concessum, extenditur ad censuras, quæ futuro tempore à Pontifice sibi reservabuntur.
- 5 Privilegium indefinitè concessum, si alteri non est onerosum, sed est merum beneficium Principis, amplè est accipiendum, & ad futura etiam extendendum.
- 6 Declarationes Sacrae Congregationis Cardinalium asserentes Episcopos non posse absolvere in casibus Bulla Cœna oculis non constant authenticè, & ideo standum est consuetudini in contrarium.
- 7 Confessarius quilibet approbatus potest ab eadem excommunicatione supradicta absolvere, licet publica, virtute tamen cruciata semel in vita, & semel in morte.
- 8 Confessarius quilibet privilegiatus potest ab eadem excommunicatione supradicta toties quoties absolvere; quia Religiosi habent privilegium absolventi toties quoties ab omnibus casibus Sedi Apostolica reservatis, præterquam à contentis in Bulla Cœna.
- 9 Nonnullæ particulares limitationes afferuntur alibi recensite ab Authore.
- 10 Violatio Immunitatis Ecclesiastica in terminis Consti-

tuitionis Gregoriana reservatur Episcopis.

- 11 Item violatio clausurae ad malum finem.
- 12 Item pugna in duello, & cetera infra.
- 13 Percussio Clerici iuxta Canonem si quis suadente.
- 14 Simonia realis scienter contracta.
- 15 Confidentia Beneficialis.

Respondetur, & dico primò, potest solum Pontifex; quia expressè eam sibi reservat, consequenter ex commissione ipsius possunt etiam Romæ Penitentiarii; quamvis si sit occulta, possit etiam Episcopus virtute decreti Tridentini *sess.* 24. *de reform.* cap. 6. ubi Concilium omnes casus occultos Episcopis concedit. Quidquid in contrarium dixerit Graff. in *pract. lib.* 4. cap. 5. num. 17. Riccius in *praxi*, tom. 1. *resol.* 544. num. 5. Chappeauilla de *casib. reserv.* cap. 14. q. 3. *diffic.* 2. Zecchius de *casib. reserv.* cas. 10. num. 1. & Zerola *verb.* *Moniales*, ad 8. *quæst.* dum aiunt, non posse Episcopum ab hac excommunicatione; quamvis occulta, absolvere, moti ex eo, quod non possit Episcopus virtute illius concessionis absolvere à casibus quos post Tridentini publicationem sibi Pontifex reservavit, atque quod sic declaraverit S. Congregatio Cardinalium.

Ad hoc enim respondetur, negando assumptum: nam cum in iis reservationibus non fiat expressa mentio de Tridentino, censeretur debet propter eius gravitatem ei in illis derogatum non fuisse, quia decreta Concilij generalis ita matura deliberatione sancita sunt, ut vim clausulæ derogatoriæ ad alia decreta posteriora non contineant, nisi de illis in istis specifica mentio fiat, in qua re Concilium Tridentinum videtur non debere esse deterius conditionis cæteris generalibus Conciliis, sicuti docet Henric. *lib.* 7. c. 26. n. 3. Vivaldus in *Candelabr.* part. 3. cap. 12. n. 23. & videri etiam potest Menoch. *conf.* 254. n. 11. & 12. vol. 3. Guttier. in *l. nemo potest*, de *leg.* 1. n. 173. Couar. *lib.* 4. *variæ.* cap. 16. num. 6. Causale. part. 1. *decis.* 29. num. 16. & Parisius *lib.* 2. *conf.* 2. num. 30. quos citat, & sequitur Diana *part.* 2. *tract.* 5. *resol.* 35.

Confirmatur, quia hæresis reservata est in Bulla Cœna post Tridentinum, & tamen adhuc in opinione satis probabili multorum Doctorum potest Episcopus (etiam per alium) ab illa (si sit occulta) absolvere, virtute eiusdem Tridentini, ex eo, quod ipsi expressè non derogetur in Bulla Cœna quoad casus occultos in ipsa contentos, de quibus, dando facultatem Episcopis, loquitur Tridentinum, sicuti *lib.* de *Parlamentis*, *dub.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 35. dicebam.

Confirmatur secundo à pari, quia privilegium absolventi ab omni censura, etiam Sedi Apostolicæ reservata, Regularibus concessum extenditur ad censuras, quæ futuro tempore à Pontifice sibi reservabuntur, iuxta Doctores, quos citat, & sequitur Rodrig. *tom.* 1. *qq.* *Regular.* q. 20. art. 8. & iuxta doctrinam Glossæ in *cap.* quia circa, de *privileg.* quod scilicet privilegium indefinitè concessum, si alteri non est onerosum, sed est merum beneficium Principis, amplè sit accipiendum, & ad futura extendendum.

Et ad id, quod dicitur de Cardinalium declarationibus, respondetur de illis non constare authenticè, sicuti nec constat authenticè de alia declaratione, approbante Gregorio XIII. (quam refert Sanctarellus in *tract.* de *hæresi*, cap. 5. *dub.* 1. num. 1.) in qua dicitur quod in delictis occultis materiæ clausuræ derogatum fuerit dicto decreto per constitutionem Pij V. quapropter dictæ declarationes non obstant: & ideo, quod si casus sit occultus, etiam in materiæ clausuræ, possit Episcopus absolvere ob rationes dictas; vel saltem quia oppositum est iam consuetudine receptum, tenent Doctores, quos citat, & sequitur Bonacina de *clausura*, q. 1. *punct.* 5. num. 1. & de *censur.* *disp.* 1. q. 3. *punct.* 1.

punct. 1. num. 1. & disp. 2. q. 1. 6. punct. 1. n. 40. Diana p. 3. tract. 2. res. 66. Lezana verb. Clausura, n. 20. & generaliter de omnibus casibus, etiam post Tridentinum reservatis, tenent Tolet. lib. 1. cap. 41. n. 7. Candidus tom. 1. Disquisit. Moral. disquisit. 3. art. 28. & Merolla tom. 1. disp. 1. cap. 2. diff. 10. n. 527. Quod non solum est verum respectu secularium, & Monialium Episcopis subditarum, sed etiam respectu Regularium exemptorum, & Episcopis non subditorum, Vide quæ dicuntur infra dub. 69. 81. & 82.

7 Dico secundò, item potest ab eadem excommunicatione supradicta, licet publica, absolueri quilibet approbatus Confessarius virtute Cruciata; semel in vita, & semel in mortis articulo; quia expressè dicta Bulla concedit Confessariis approbatis hanc facultatem sic absolviendi, quando censuræ sunt reservatæ. Sorbus verb. Ingressus in Monasteria Monialium, n. 11. Rodrig. in Exposit. Motus Pij V. contra feminas ingredientes in virorum Monasteria, n. 3. Lezana verb. clausura, n. 20. & Diana cit. res. 66.

8 Dico terciò, item potest ab eadem excommunicatione supradicta, licet etiam publica, absolueri quilibet privilegiatus Confessarius toties quoties; quia Religiosi habent privilegium absolviendi toties quoties ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, & ab omnibus penis, & censuris consurgentibus ex iis, præterquam contentis in Bulla Cœnæ, & specialiter reservatis ab Episcopo. Sorbus, & Rodrig. in loc. cit. Lezana tom. 1. c. 18. n. 29. & 36. & cap. 19. num. 15. & cit. verb. clausura, num. 20. Bonacina de clausura, quæst. 1. punct. 5. num. 2. Tamburinus de iure Abbat. disput. 19. quæst. 5. n. 3. & nos supra cap. 14. dub. 18. sect. 17. & lib. de Parlament. dub. 4. sect. 19. subsect. 31. & 32. dicebamus.

9 Ceterum quid dicendum sit quando excommunicatione ista deducta est ad forum externum, seu contentiosum, & sic denunciata? vide infra cit. dub. cit. & cit. lib. de Parlamentis, dub. 4. sect. 19. subsect. 22. pag. 133. & seq. Item quid dicendum sit de quinque casibus, in ordine ad quos Religiosis revocata fuerunt privilegia ex Decreto S. Congregationis sub Clemente VIII. in quo præter casus Bullæ Cœnæ, & quos sibi specialiter reservant Episcopi, reservantur etiam Pontifici, revocatis Religioforum privilegiis, violatio immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis Gregorij XIII. Secundò violatio clausuræ Monialium ad malum finem. Tertiò provocantium, & pugnantium in duello, iuxta decretum Tridentini, & Constitutionis Gregorij XIII. Quartò, percussione clericis, iuxta Can. si quis suadente, 17. q. 4. Quintò, simonia realis scienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficiæ. Vide dub. 69.

DVBITATIO XXIX.

An, & quis possit in isto casu dispensare à privatione officiorum, & inhabilitate ad illa?

SUMMARY.

- 1 Pœna privationis officiorum, & inhabilitatis ad illa ob violatam clausuram non contrahuntur, nisi post Iudicis sententiam.
- 2 Pœna prædicta si incurrantur ante Iudicis sententiam, si res sit occulta, potest ab ipsis Episcopus dispensari virtute Tridentini.
- 3 Superior Religionis etiam localis ex privilegio potest in dictis casibus dispensare.
- 4 Clericis ministrantibus infirmis concessum fuit à Grego. Thom. Delbene de Immunit. Eccl. Pars I I;

gorio XIV. huiusmodi privilegium.

- 5 Superiores Ordinis Prædicatorum, & consequenter omnium Mendicantium, gaudent eadem prorsus facultate erga alios Regulares subditos, qua gaudent Episcopi virtute Tridentini, ex indulto Pij V.
- 6 Superior Religionis non potest alteri delegare facultatem recensitam (scilicet clausuram per seipsum) apposta in dicta concessione.
- 7 Confessarius approbatus virtute bullæ Cruciata non potest in his penis dispensare.
- 8 Nomine censura veniunt solum excommunicatione, suspensio, & interdictum.
- 9 Regulares possunt absolvi ab hac, & similibus inhabilitatibus à suis Confessariis per Prælatos deputatis semel in vita, dammodo per integrum annum qualiter hebdomada semel recitent penitenciales cum Litanis, vel si sine impediri, suppleant in sequenti.
- 10 Confessarius habens privilegium absolviendi ab omnibus casibus reservatis, & à censuris, & penis consurgentibus ex eis, potest absolvere toties quoties in foro conscientie à prædictis privationibus, & inhabilitatibus.
- 11 Superior Religionis etiam localis an possit ex privilegio cum subditis etiam in foro externo in penis dispensare, est discrimen inter Doctores, pars verò negativa est præbabilior.

Suppono ex dictis supra dub. 23. has pœnas hic non incurri absque Iudicis sententia, & sic non dari casum, quo res sit occulta, cum iam ad forum externum, seu contentiosum deducta sit, Iudicisque sententia accesserit ex suppositione; quia tamen vt cit. dub. 23. dicebam, nonnulli sentiunt oppositum; ideo hoc supposito.

Respondetur in opinione dicentium, has pœnas incurri sine Iudicis sententia, si res sit occulta, potest dispensare Episcopus; quia in inhabilitate contracta ob delictum occultum potest Episcopus dispensare cum suis subditis, virtute Tridentini sess. 24. de reformat. c. 6. sicuti ex cõmuni dicebamus cit. lib. de Parlament. dub. 4. sect. 19. subsect. 33. Quin & in eodem casu contra Grafium p. 1. lib. 4. c. 23. n. 12. ex privilegio potest Religionis Superior, etiam localis (cum hic quoque in suos subditos habeat iurisdictionem quasi Episcopalem) dispensare similiter cum suis subditis; sicuti potest Episcopus cum suis. Vide apud Lezanam tom. 1. c. 10. n. 35. & c. 18. n. 35. privilegium Gregorij XIV. Clericis ministrantibus infirmis concessum, ibi: Necnon cum iis, si opus fuerit, etiam cum inhabilitate, & absolutione inhabilitatis, & infamie macula dispensare. Vide etiam Motum Pij V. qui incipit: R. mani Pontificis, apud Rodrig. tom. 1. q. 9. Regul. q. 61. art. 9. ad finem, ubi Pontifex expressè concessit omnibus Superioribus Ordinis S. Dominici, & consequenter omnium Ordinum Mendicantium, & fruentium eorum privilegiis, vt erga suos Regulares subditos gaudeant eadem prorsus facultate, qua gaudent Episcopi in suis virtute Tridentini sess. 24. c. 6. de reformat. Vide etiam Rodrig. loco cit. q. 24. art. 17. & in exposit. dicti Motus Pij V. n. 36. Sorbus verb. Ingressus in Monasterium, n. 11. Henricq. lib. 14. c. 19. n. 2. Peyrinum tom. 1. privileg. Minim. in cons. 6. Iulij I I. n. 24. Dianam p. 3. tract. 2. res. 66. Portellum in dub. Regul. verb. clausura Monialium, n. 28. Bonac. de clausura, q. 1. punct. 5. & Lezanam cit. cap. 10. n. 35. & cit. cap. 18. n. 46. & cap. 25. num. 19. & verb. Clausura, n. 21. qui rectè subdunt, has pœnas hic non esse Pontifici reservatas, vt patet ex ipso contextu.

Aduerte tamen, quod Religionis Superior non possit hanc facultatem alteri delegare, quia Pius V. in eo privilegio expressè ait, vt Religionis Superior per seipsum